

1. Sentent.

Prima a se sit a quocunque intellectu crea- to posse confici entia rationis, non tamen a di- uino: ita Capreolus in 1. dist. 3. q. 4. art. 3. Caietan, 1. d. q. 13. Artic. 6. & cap. 6. de ente & essentia, q. 12. a. 3. tertium, quibus videtur fauere D. Thomas in 1. dist. 2. q. 1. Artic. 3. in vltima parte Articuli: fundamentum praeipuum huius sententiae est quod ad secundam partem: quia intellectus diuinus non potest imperfecte, nec fictiue, cognoscere, sed si conficeret entia rationis, maxime Logicalia, imperfecte, & fictiue, cognosceret: igitur minor ut probetur, notat Pater Rubius tract. de ente rationis in hoc Artic. concl. 2. quod ad- ficiendum aliquid ens rationis duae sunt imper- fectiones necessarier requiritur in modo intellige- di: prima: quod res; quae non tant a parte rei dis- tincta, sed vnum; distinguantur ab intellectu, & per plures conceptus, concipiuntur: secunda: quod obiectum repraesentetur intellectui, & ab eo intelligatur, non sicut se habet in se, aut a parte rei, sed alio modo

Nota.

Hoc posito; ex imperfectione, sic probatur minor: entia rationis non possunt fieri ab intelle- ctu, nisi distinguendo ea, quae a parte rei, & secun- dum se, non sunt distincta: & concipiendo per plu- res conceptus ea, quae in se sunt vnum: atq; etiam alio modo ea intelligendo, ac se habeat a parte rei: sed modus sic intelligendi est imperfectissimus, & qui non potest conuenire intellectui di- uino: igitur intellectus diuinus ex capite imper- fectionis non potest conficere entia rationis. Pro- batur minor: diuinus intellectus vnica cognitio- ne, & vnico simplicissimo conceptu intelligit om- nia; & secundum eundem modum, quem habet a parte rei, vnica sunt vnum, cognoscit ea per mo- dum vnus: si vero sint distincta, tanquam distin- cta: ergo non potest ei conuenire talis modus im- perfectus intelligendi, per quem necessario de- bet fieri ens rationis. Igitur, &c.

2. Sentent.

Ex capite autem fictionis probatur ab Arau- jo, lib. 3. Metaph. q. 1. Art. 3. conclus. 1. nam diuinus intellectus nequit contingere relatione spe- ciei, generis, aut aliorum praedicabilium: nec ne- gationes, aut distinctionem rationis inter illa, quae ex natura rei non distinguuntur: ergo, &c. Secunda sententia est Magist. Suarez in Me- taph. tom. 2. disp. 54. sect. 2. num. 27. quem sequi- tur P. Didacus a Iesu in Logica disp. 3. q. 3. (quid quid ipse dicat) & Pater Rubius vt supra: qui om- nes asserunt Deum oprime cognoscere entia ra- tionis per ordinem ad creaturas, non tamen pos- se illa conficere: haec sententia quoad secundam partem coincidit cum praecedente: quoad primam probatur: nam negari non potest Deum cognos- cere entia rationis a creatura rationali fabricata: ergo si cognoscit entia rationis est per ordinem ad creaturas.

3. Sentent. Doctoris.

Tertia sententia est Doct. in 1. dist. 35. q. vnica lit. H. & alibi passim: quem sequuntur omnes eius discipuli; & ex alijs Argentina ibidem, Henricus quodlib. 9. q. 1. Durand. in 1. dist. 2. q. 3. n. 10. Tor- res 1. p. q. 28. art. 2. disp. 2. dub. 3. Molina q. 11. art. 8. disp. 3. & q. 3. art. 4. Fonseca 4. Metaph. cap. 2. q. 6. sect. 14. qui omnes tenent eum Doct. non solum intellectum creaturam, sed & diuinum facere, & cog-

noscere entia rationis: pro cuius sententiae intel- ligenia notandum primo, ex Domino Leucheto in 1. dist. 8. q. 3. quod actus intellectus diuini du- pliciter considerari potest: primo absolute, id est, vt terminatur ad obiectum absolute, sine compara- tione ad aliud: & vt sic, non dicitur negotiatiuus, seu comparatiuus: secundo modo, vt comparat v- num obiectum cognitum ad aliud cognitum: & vt sic dicitur causatiuus entis rationis: & sic causando diuersa entia rationis dicitur quodam modo il- lorum distinctiuus: quia scilicet producit distincta obiecta: & idem de diuina voluntate dicitur.

1. Nota.

Secundo notandum: quod in Deo idem met- actus directus dicitur etiam reflexus: quia, vt ait Doctor supra; in primo instanti intelligit essen- tiam diuinam sub ratione mere absoluta, statim in secundo instanti (omnibus instantibus ad intra copletis) producit creaturam in esse intellecto; & tunc est relatio in creatura ad Deum intelligentem: in tertio vero instanti potest intellectus diuinus comparare suam intellectionem ad creaturam, & tunc est in Deo relatio rationis: ac deniq; in quar- to instanti potest quasi reflexi supra ipsam rela- tionem, & tunc ipsa relatio dicitur cognita.

2. Nota.

Tertio notandum quod secundum Doct. in 1. dist. 2. parte 2. q. 1. & alibi saepe: cognitio intuitiua est notitia rei existentis, & praesentis, vel in se, vel in alio: conueniente ea: itaq; talis cognitio debet terminari ad rem existentem, & praesentem (hoc enim est de ratione eius) siue talis res habeat ex- istentiam, & praesentiam in se, siue in aliquo e- mimentiori: vt creaturae in essentia diuina, quae prout sibi relucet, etiam intuitiue videntur. Vnde cum omnis cognitio diuina sit intuitiua: & en- tia rationis (maxime secundae intentiones) non ha- beant existentiam, nec praesentiam in se, nec in essen- tia diuina; cum in ea, nec virtualiter, nec eminenter sint: maxima est exorta controuersia inter Do- ctores, de modo, quo ab intellectu diuino, & qua notitia cognoscantur: sed relictis opinionibus, quas refert, & refutat Bargius in 1. dist. 8. q. 3. fol. 187. standum est cum ipso: quod Deus intuitiue cognoscit entia rationis: licet cognitio diuina, prout ad illa terminatur, non sit ita perfecta, sicut quando ad entia realia terminatur: habet enim cognitio diuina, ratione terminationis, magis & minus, vt docet Leuchetius supra. Et quando di- citur, quod entia rationis, non habent existentiam, & praesentiam in se, nec in Deo, vt cognitionem Dei intuitiua terminare possint: respondeo cum Mauritio q. 8. vniuersal. dub. 3. quod entia rationis habent esse subiectiuum Logice, siue in Deo, si Deum denominant: siue in subiecto creato, vt sunt illa, quae a nobis fabricata: quod esse subiectiuum a- ctuale habet veram existentiam, & praesentiam rationis, vt ab intellectu diuino intuitiue cognos- catur: qui dicendi modus habetur a Doctore in 1. dist. 39. q. 4. ad secundum principale.

3. Nota.

Vlt. notandum, quod aliter cognoscimus nos entia rationis, & aliter intellectus diuinus: nam nos, vt fabricemus, vel cognoscamus tale, vel tale ens rationis, debemus prius moueri a specie, & verbo illius naturae, in qua fundatur tale ens rationis: & idem semper fabricamus illud cum mo- tionis imperfectione; & etiam cognoscimus illud

Vlt. not.

discurrendo, & quasi fingendo: at vero Deus, cui solum a sua essentia moueatur ad cognoscendum omnes naturas, & proprietates illis conuenien- tes, tam a parte rei, quam per intellectum finitum, seu infinitum; ideo nunquam imperfecte cog- noscit: quia tota imperfectio in cognoscendo non prouenit ab obiecto terminatiuo, sed a motiua: & cum hoc sit perfectissimum in Deo respectu omnium cognoscibilium; semper perfectissime cognoscit.

1. Conclus.

Dicendum primo: intellectus diuinus cog- noscit entia rationis a nobis fabricata. Haec est communis: & probatur; talia entia rationis sunt intelligibilia: ergo a Deo intelligi possunt: ergo intelliguntur: quia posse intelligere in Deo, & intelligere idem important: antecedens patebit quae sequente.

2. Conclus.

Dicendum secundo: intellectus diuinus con- ficit entia rationis, tam absoluta, quam relatiua, etiam si sint Logicalia. Haec est Doct. locis cita- tis, contra Auctores primae, & secundae senten- tiae: quoad primam partem probatur: Deus ab aeterno cognouit creaturas: ergo ab aeterno crea- turam habuerunt esse cognitum a Deo; sed tale esse cognitum est ens rationis absolutum: ex supra di- ctis: ergo, &c. & hanc partem etiam tuentur nonnulli Thomistae: vt patet apud Araujo in secun- da parte conclusionis primae.

3. Conclus.

Secunda pars de entibus Logicalibus pro- batur (nam de alijs etiam ab eisdem Thomistis conceditur) natura humana de se est suis indi- uis comparabilis per quemcunque actum co- paratiuum: sed actus diuini intellectus est com- paratiuus: ergo potest talem naturam suis indi- uis comparare: ergo de facto eam comparat: ac per consequens intantum.

Dicendum vltimo, Deus cognoscit entia ra- tionis sine ordine ad cognitionem humanam: haec est contra secundam sententiam: & proba- tur primo: nam aliter Deus dependeret aliquo modo in sua cognitione a creatura: quia dato, quod intellectus creatus non faceret entia ratio- nis; tunc vel talia entia essent possibilia in suis fundamentis, vel non: si possibilia (vt si res ha- bet) igitur nullo intellectu creato ea fabricante, posset Deus illam possibilitatem cognoscere: ac per consequens conficere ens rationis Logicum sine ordine ad creaturam: si non essent possibilia (quod falsum est) igitur intelligente creatura ta- lia entia rationis, intellectus diuinus indigeret intellectione creatura ad aliquid intelligendum; quod reputo falsum.

Secundo, Deus scientia simplicis intelligen- tia cognoscit plura Logicalia, vt ordinem, que dicunt naturae communes ad sua inferiora ad es- sendum in eis, antequam sint: ergo absque ordi- ne ad cognitionem creatam: patet consequentia nam scientia simplicis intelligentiae praecedat scientiam visionis: & cognitio creatura sequitur il- lam: quia prius statuit Deus creaturam esse; qua creaturam cognoscere: quae omnia sunt postero- ra ad scientiam simplicis intelligentiae: ergo si Deus cognoscit scientia simplicis intelligentiae aliqua entia rationis, vt reuera cognoscit, est sine ordine ad creaturas.

Ad fundamentum primae sententiae respon- deo: notando: quod imperfectio in cognoscendo ex duplici capite prouenire potest: vel ex imbecillitate potentiae: quia non potest cognoscere obiectum, nisi tali vel tali modo: aut ex defectu obiecti, quod propter suam minimam entitatem non potest potentiam mouere: hoc posito: distin- guo maiorem: entia rationis non possunt fieri ab intellectu nostro, nisi cum illa duplici imperfe- ctione: concedo: ab intellectu diuino, vel Ange- lico: nego maiorem. Ratio est: quia intellectus noster, cum ad intelligendum pro hoc stata ne- cessario Phantasmata singularium speculetur; & ens rationis in illis non reluceat; necesse est, vt abstrahat, & plures conceptus formet; & intel- ligat rem sub alio conceptu, quem positue non habet a parte rei, licet habeat fundamentum, vt sibi talis denominatio applicetur: at vero intel- lectus diuinus, cum haec non requirat, intelligit omnia, prout sunt: vnde intelligit chimaram, vt impossibile: quod non est fingere: intelligit Petrum, vt eundem sibi: intelligit naturam huma- nam communem multis: & hoc sine imperfectio- ne ex parte intellectus: quia non abstrahit in sua cognitione: nec ex parte obiectis quia non moue- tur ab illo: quare duplex illa imperfectio tantum in intellectu imperfecte cognoscente reperitur.

Ad funda- mentum primae sen- tentiae.

Ad fundamentum secundae sententiae dico: Deum cognoscere entia rationis a nobis fabri- cata: sed ex inde non licet inferre non posse cog- noscere illa, vt in se sunt, sine nostra cognitione: nam potest eorum possibilitatem vel impossibi- litatem cognoscere; sicut & nos: licet non eo- dem modo.

Ad argu- mentum se- cundae sen- tentiae.

QVÆSTIO II.

An vniuersale sit per se intel- ligibile?



VERITVR, an v- niuersale sit per se intelligibile? Quod non videtur: per Ar- rist. de sensu, & sen- sato: nihil est in inte- lectu, quin prius fue- rit in sensu: vniuer- sale autem nunquam fuit in sensu: ergo.

Item: omnis virtus passiuæ presupponit suum obiectum in actu ante eius ope- rationem: quia ab obiecto capit suum ac- tum, per quem potest operari: vniuer- sale autem non praesupponitur ab intel- lectu: sed causatur ab eo; per Commem- tatorum primo de anima: ergo, &c.

Capit. 8.

Ad oppositum: quidquid diffinitur est per

Cap. 5.

per se obiectum intellectus: vniuersale diffinitur ab Aristot. i. Perihementias: ergo intelligitur.

Dicendum: quod vniuersale est per se intelligibile: quod patet sic. Primum obiectum intellectus, scilicet, quod quod est, intelligitur sub ratione vniuersalis: illa vero ratio non est idem essentialiter cum illo quod quid est: sed modus eius accidentaliter. ergo intellectus potest cognoscere differentiam inter suum obiectum primum, & illum modum: quia potest distinguere inter omnia, quae non sunt essentialiter eadem: sed omnis virtus cognoscens per se differentiam inter aliqua duo cognoscit vtrumque extremum, sub propria ratione, per Aristot. secundo de anima: per hoc enim probat sensum communem esse: igitur intellectus potest cognoscere modum, siue rationem vniuersalem per se, & sub propria ratione: hoc modo enim reflectendo cognoscit intellectus se, & suam operationem, & modum operandi, & caetera, quae ibi sunt.

Text. cap. 146. & ceter.

Ad primum, dictum est supra: quia intelligitur de primo obiecto, quod est quod quid est rei materialis. Vel aliter, quod intelligitur secundum naturam sensitivam, scilicet, de sensibilibus, cuiusmodi non est vniuersale.

Ad secundum dicitur: quod intellectus possibilis est virtus passiva, & illa praesupponit suum obiectum: sed intellectus agens non praesupponit: quia non est virtus passiva: vniuersale autem non est obiectum eius, sed quod quid est in Phantasmatibus: & vniuersale est finis eius, &c.

Summa textus.

In hac quaestione secunda, quae pertinet ad quaestionem quia est, inquit Doctor, an vniuersale sit per se intelligibile, contra multos negantes secundas intentiones intelligi per se, sed per accidens; id est per actus primarium intentionum: postquam enim determinauit vniuersale esse ens: cum intelligibilitas sit passio entis, vt sic, quia, scilicet, est sui manifestatum; pariformiter debuit determinare, an vniuersale, in quantum ens, habeat aliquam passionem adaequatam rationi entis, quam participat: & de tali passione adaequata, quaeritur in praesenti: & ita est quaestio, quia est, valde communis: cui, post duo argumenta posita pro parte negante, affirmatiue respondet: quod probat argumento ad oppositum: arguendo ex dif-

Conclusio.

finitate intelligibilitatem; vel ex diffinitu intelligi: probat etiam hoc, ex eo, quod primum obiectum, quod appellatur, quod quid est, intelligitur sub ratione vniuersalis: sed vniuersale, sub quo intelligitur, non est idem essentialiter, quod quid est, sed accidentaliter: ergo intellectus potest distinguere inter quod quid est, & ipsum vniuersale: ac per consequens potest cognoscere vtrumque: nam virtus ponens differentiam inter aliqua duo cognoscit vtrumque extremum. Tandem soluit argumenta in oppositum huius conclusionis: licet solutio secundi sit satis difficilis, & ambigua, vt videbimus.

ARTIC. I.

An intelligibilitas sit passio per se vniuersalis, & entis rationis?

PRIMA sententia est nostri Francisci de Maironis in primo distin. 3. qua st. 2. negantis entia rationis esse per se intelligibilia: & de vniuersali, vltra duo argumenta facta in textu: probatur primo: ideo Doctor probat vniuersale esse ens, & intelligibile: quia est ratio, & modus intelligendi omne intelligibile: ita in praesenti: imo in secundo distin. 1. qua st. 5. vniuersaliter hoc dicit de omnibus secundis intentionibus, quod sunt modi intelligendi primas intentiones in primo actu: ex quo sic: nihil est modus, nec ratio intelligendi, antequam sit: sed vniuersale ante cognitionem primatum intentionum non habet esse: quia, vt diximus, resultat per actum comparatum, qui praesupponit actum absolutum, per quem cognoscuntur quidditates reales: ergo in illo priori non est ratio, nec modus intelligendi eas: ac per consequens falsa est illa propositio: quid quid intelligitur, intelligitur sub ratione vniuersalis: in qua fundatur ratio conclusionis Doctoris.

1. Sentent.

1. Argum.

Secundo, intelligibilitas est passio entis realis: ergo non conuenit vniuersali Logico: consequentia patet: & antecedens probat: intelligibilitas conuenit praecise illi, quod est obiectum adaequatum intellectus: huiusmodi est ens reale: ex Doctore quarto Metaphysic. vbi ait: obiectum intellectus, & Metaphysic. esse aequalis ambitus: & obiectum Metaphysic. secundum eum, est ens reale: ergo & obiectum intellectus: ac per consequens, sicut ens reale non praedicatur de ente rationis: sic nec intelligibilitas: quia de quo non praedicatur subiectum, nec ipsa passio praedicatur.

Secundum.

Tertio, quidquid a nobis pro isto statu intelligitur, est sub ratione vniuersalis: sed vniuersale est intelligibile: ergo sub ratione alterius vniuersalis: & sic in infinitum: donec detur aliquod vniuersale, quod non sit per se intelligibile.

Tertium.

Pro intelligentia notandum primo, quod obiectum nostri intellectus est duplex: aliud motuum, & aliud terminatum: motuum est, quod cum intellectu simul causat realiter notitiam, & est duplex: alterum naturale, & alterum liberum:

1. Nota.

hoc

hoc secundum est solus Deus, qui si vult, videtur, si non vult, non videtur: primum autem ad huc est duplex: nam vel est naturale ex natura intellectus, & sic est ens finitum, absolutum, vel respectuum ad terminum finitum terminatum: vel est naturale pro isto statu: & sic est quidditas rei sensibilis, vel formaliter in se, vel in suo inferiori, vel prout virtualiter in aliquo continetur. Obiectum terminatum est ens in tota sua latitudine sumptum, vt comprehendit ens reale, & ens rationis.

2. Notan.

Secundo notandum: quod de ratione obiecti terminati & tantum per se terminare actum potentiae: & cum ens reale sit prius intelligibile, quam ens rationis: ideo ens reale dicitur obiectum per se primo terminatum, & intelligibile, per se non primo: caeterum in hoc, quod est terminare, per se terminat, vt ly, per se, sumitur contra per accidens. Vnde cum intelligibilitas consequatur essentialiter ad obiectum terminatum, vt sic: illud, quod per se terminat actum intellectus, dicitur per se esse intelligibile.

3. Not.

Tertio notandum: maximum esse discrimen inter obiectum adaequatum motuum intellectus, & inter obiectum adaequatum terminatum: nam obiectum adaequatum motuum, de quo Doctor in primo distin. 3. qua st. 5. debet esse vniuersum respectu eorum, in quibus includitur, & respectu quorum mouet intellectus: at vero obiectum terminatum, vt sic non postulat hanc vniuersationem, sed potest esse aequiuocum. Vnde optime in via Doctoris ens, vt est commune ad ens reale, & ens rationis, & vt est aequiuocum illis; ponitur obiectum per se terminatum nostri intellectus, vt patet ex qua st. tertia quodlibet. Quare cum intelligibilitas consequatur obiectum terminatum in communi, non erit passio illius vniuersa: sed solum respectu obiecti per se primo terminati, quale est ens reale: quod doctrinam docet Doctor expresse in 2. distin. 24.

Nota.

Si dicas: distinctio obiectorum facit distinctionem potentiarum: ergo si multa obiecta respondent intellectui, & non vnum, tunc intellectus non erit vna potentia.

Responder Doctor ibidem: quod illa propositio: obiecta distinguunt potentias: est vera tantum de potentijs organicis, quae non sunt abstractivae: sed non est vera de potentijs, quae ita sunt abstractivae, quod sunt totius entis. Itaque in summa: obiectum motuum intellectus, & per se primo terminatum, est vniuersum: non tamen obiectum terminatum, vt sic: nam tale est aequiuocum, & nullo modo vniuersum: & ratio est, vt trahitur a Doctore in quarto distin. 10. qua st. 9. & ex Francisco distin. 11. qua st. 6. difficultate quarta, quod ratio obiecti terminati non potest suppleri: bene tamen ratio motui: & ideo potest assignari vnum obiectum motuum: sed non vnum terminatum: contra nostrum Vigerium in 1. distin. 3. q. 3. oppositum affirmantem.

1. Conclus.

Dicendum primo. Ens rationis in communi est per se a nostro intellectu intelligibile: pro-

batur: illud est per se intelligibile, quod potest per se terminare actum intellectus: huiusmodi est ens rationis vt sic: ergo. Maior patet ex dictis: quia propria ratio obiecti intelligibilis est terminare potentiam, vt acutissime docet Doctor 7. Metaphysic. qua st. 14. prope finem: minor probatur: quia sicut de ente reali habemus conceptum formalem in communi, cui correspondet suus conceptus obiectiuus, scilicet ens, quatenus est vniuersum de numero intelligibilium: sic de ente rationis in communi, per illum conceptum entis realis, possumus alium conceptum formare, qui terminatur ad ipsum ens rationis in communi, &c.

2. Conclus.

Dicendum secundo. Vniuersale Logicum est per se intelligibile: haec est expressa in textu, & communis vtrique Scholae: & probatur rationibus Doct. in summa textus allatis: dum modo intelligas, quod per obiectum; primum intelligitur quod quid est, scilicet quidditas rei communis: nam pro isto statu, non possumus intelligere aliquod singulare sub propria ratione singularitatis: quamvis bene sit per se intelligibile ab intellectu non impedito: quare recte dicit Doctor: quod primum obiectum nostri intellectus naturaliter, & pro hoc statu, est quidditas in communi, & quod sub tali communitate intelligitur: de quo in 1. distin. 3. qua st. 1.

Secundo probatur conclusio a Magistro Baragio in primo distin. 3. qua st. 3. ex Canonico: vniuersale est per se obiectum vniuersi habitus partialis Logicae: ergo est per se intelligibile: patet consequentia: nam vt sit obiectum talis habitus scientifici necessario debet diffiniri, & de eo debent fieri demonstrationes, & moueri quaestiones: quae nullatenus possunt fieri, nisi vniuersale sit per se intelligibile: ergo.

Ad primam Doctoris.

Ad argumenta: ad primum Doct. clara est responsio in littera: explicat enim illam Maximam: nihil est intellectu, quin prius fuerit in sensu: quam iam supra qua st. 3. Probem. adduxerat: & responder, debere intelligi de quod quid est rei materialis: vel de sensibilibus obiectis, cuiusmodi non est Logicum vniuersale: & ideo non debet prius esse in sensu exteriori. Sed vt Maxima adhuc in praesenti teneat, potest dici: quod vniuersale prius fuit in sensu, quam in intellectu: mediate tamen, & ratione entis realis, a cuius actu resultat: sicut de motione entis rationis, respectu sui actus, diximus qua st. praecedente, Art. 7. concl. 2.

Ad secundam Doctoris.

Ad secundum Doct. responder ipse: quod intellectus possibilis, vt possibilis, praesupponit obiectum: non vero intellectus agens: quia non est virtus passiva: nec vniuersale. Logicum est obiectum eius, sed finis: nam obiectum eius est natura communis in Phantasmatibus latens. Haec Doctor: caeterum haec solutio; sicut nec est Doct. ut patet ex ly, dicitur; & quia secundum eius mentem in nostra Schola, communiter intelligere tribuitur intellectui possibili, & non agenti: ita nec argumentum soluit: nam Quaestio quaerit de vniuersali Logico, de quo, argumentum probat non praesupponi actui intellectus: quidem ab illo causatur. Quare aliter dicendum: quod vniuersale Logicum praesupponit actum comparatum intellectus, per quem habet

H bet

bet esse; & præsупponitur actui reflexo, per quē cognoscitur: de quo late Articulo sequente: quare optime potest dici per se intelligibile ab actu reflexo. Et quod ait, vniuersale esse finem intellectus agentis, debet intelligi; vel de vniuersali in repræsentiando, qualis est species intelligibilis; vel finis debet sumi mediate; nam effectus intellectus agentis ad vniuersale Logicum, mediate tamen, & vltimate, ordinatur: idē enim dixit, finis, & non effectus.

Ad tertium.

Ad tertium respondeo: quod Doctor loquitur de cognitione Logicali distincta, & scientifica, pro isto statu: nam quidquid tali cognitione cognoscitur, est sub ratione vniuersalis, superioris, scilicet, subiecti, vel prædicati, quas intentiones secundas habet Logicus tanquam prima principia à primo earum inuente fabricata: quia ea, quæ apud nos sunt Principia alicuius Artis, apud primos inuētores fuerunt finis, & operatum. Itaque dico: sicut quidquid intelligimus naturaliter pro hoc statu, est sub ratione alicuius communis vniuersaliter repræsentiatis: ita Logice loquendo; quidquid Logice cognoscimus est sub ratione alicuius vniuersalis Logici, sub qua ratione primas intentiones cognoscimus. Vnde Doctor non loquitur absolute de quacunque cognitione intellectus: nec de cognitione Logica in quocunque intelligente: sed loquitur de actu primo scientifico, & ad scientiam spectante: quod bene notabis.

Ad quartum.

Ad quartum nego antecedens: nam intelligibilitas etiā est passio entis rationis, vt diximus: nec auctoritas Doctoris urget: nam solum obiectum motuum, & per se primo terminatum, conuertuntur cum obiecto Metaphysicæ; non vero obiectum intellectus in tota latitudine sumptum.

Ad vltim.

Ad vltimum respondeo cum Doct. in Ante prædicament. quæst. 2. prope finem: quod secundæ intentiones, non solum sunt modi cognoscendi alia, sed etiā sibi ipsis sunt modi, sub alia, & alia ratione: vnde vniuersale: quatenus intelligitur, est quid; & quatenus sub ratione vniuersalis intelligitur, est modus: itaque idem secundum rem, & est quid, & est modus.

Vel potest dici: quod vniuersale intelligitur sub ratione alterius vniuersalis: quia nullum est inconueniens concedere processum in infinitum in secundis intentionibus; vt docet Maurus, quæst. 3. vniuersalium.

ARTIC. II.

An vniuersale actu reflexo intelligatur?

1. Argum.

PRO parte negatiua arguitur primo: ens rationis per illum actum, quo cognoscitur, habet suum esse: ergo si ens rationis cognoscitur per actum reflexum, per illum habebit esse: ac per consequens vniuersale, quod habet esse per actum comparatiuum, & reliqua, quæ habent suum esse per actus aliarum potentiarum, non erunt entia rationis, contra superius stabilita.

Secundo, quando intellectus assimilatus rationi entis reali, & contra illa assimilatio reflexiua videtur esse comparatio; nam comparatum entis realis, seu eius obiectum, cum ente, rationis: & si sic; ergo inter illa resultabit secunda intentio: ac per consequens omne ens rationis erit secunda intentio; quod est falsum. Maxime; quia intellectus non videtur posse habere tot actus simul: igitur dicendum est ens rationis cognosci, per illum actum, quo fabricatur.

1. Nota.

Pro intelligentia notandum primo, quod ens reale non solum est obiectum motuum ad sui cognitionem, sed etiā mouet ad cognitionem entis rationis: quia dupliciter dicitur aliquid ab intellectu cognosci: vel per speciem propriam, vel per formam alterius, cui assimilatur: exemplum primi, vt quando cognoscitur homo per speciem ab eo productam: exemplum secundi, vt quando cognoscitur per cognitionem suæ imaginis: & hoc secundo modo cognoscitur ens rationis: assimilatur enim enti reali; & idē per huius speciem causatur illius cognitio; quod fit hoc ordine, primo, species intelligibilis: verbigratia nature humanæ, mouet intellectum ad sui cognitionem, qua producta cognoscit ipsam naturam humanam: secundo, cognita natura humana, quia intellectus non potest moueri ab ente rationis, nec ab eius specie, cum eam producere non possit, quasi reflexendo, respicit verbum nature humanæ, à quo mouetur, vt possit actum reflexum producere, quo cognoscat comparationem illam resultantem inter indiuidua, & naturam, quæ ipsa natura vniuersalis denominatur: & idē suo modo de alijs entibus rationis dicitur: producto enim verbo, quo cognoscitur visio, intellectus assimilans visionem cæcitati, producit aliud verbum terminatum ad ipsam cæcitatē, quo cæcitas per se intelligitur. Vtrum autem eodem actu reflexo cognoscantur actus comparatiui, & nature, ad quas terminatur, & relationes, quæ resultat; an quodlibet istorum suo actu reflexo cognoscatur, non est huius loci: vtrumque tamen potest dici, pro quo videatur Leuchetus quodlib. 13. in solutione cuiusdam argumenti.

2. Nota.

Secundo notandum pro maiori intelligentia resultantæ, & intentionis secundarum intentionum: quod sicut intellectus ad producendum quemcunque actum prius constituitur in ratione memoriæ secundæ per speciem intelligibilem: sic ipse intellectus, vt resultat vniuersalitatē relatio, constituitur in ratione intelligentiæ per actum comparatiuum: vnde quando Doctor in secundo distinct. prima quæst. prima ait; secundam intentionem causari; id est resultare (sic enim sumitur causari, & produci respectu secundarum intentionum) per intelligentiam, & non per memoriā: sumit ibi intelligentiam pro toto intellectu simul cum actu comparatiuo, per quem resultat: quæ resultatio hoc ordine se habet.

Primo, postquam Phantasma est iam in Phantasia productum, ipsum simul cum intellectu agente concurrat ad abstractionem speciei intelligibilis; quia sicut intellectus possibilis non

non potest actualiter aliquā naturam intelligere, nisi simul, ac pariter, Phantasia Phantasetur, & consideret singulare eiusdem quidditatis, vt patet per Doct. in pluribus locis; sic non potest intellectus agens abstrahere, nisi etiam simul Phantasia Phantasetur, & Phantasiando concurrat cū illo mediante nouitia ab illa producta, quæ Phantasma appellatur. Itaque primo, est obiectum vt cum intellectu agente concurrat: secundo, intellectus agens, simul cum Phantasiante, producit speciem intelligibilem, per actionem quandam realem, quæ dicitur abstractio: & hæc species intelligibilis dicitur vniuersalis in repræsentiando, quæ, in intellectu possibili, recepta, simul cum ipso intellectu, per quandam actionem, quæ dicitur dictio, & est relatio de genere relationis, tertio, causatur verbum mentis, quod est qualitas de genere qualitatis; licet aliquando (improprie tamen) actio appellari soleat; quod verbo informatus intellectus intelligit obiectum, diciturque operari vitaliter; & obiectum ab illo cognitū de non nominatur. Deinde quarto, ponitur alius actus absolutus quasi reflexus, quo intellectus cognoscit naturam, per verbum iam quidditatiue cognitum, vt abstractam, & præcisam, à ius inferioribus: & statim alius actus, quo ipsa inferiora absolute cognoscuntur: deinde quinto, ponitur actus comparatiuus, quo comparat obiecta prius intellecta, vel plura simul: & talis actus non est vnus numero, sed multiplex secundum numerum obiectorum comparabilium: deinde sexto, ponitur resultatio secundarum intentionum inter extrema comparata, quæ quasi recipiuntur in ipsis extremis cognitis, & comparatis: ac tandem, ponitur alius actus reflexus absolutus, quo ipsæ secundæ intentiones intelliguntur: quia secundum Bonetum, capite de relatione: non eodem actu intellectus producantur secundæ intentiones, & intelliguntur.

Conclū.

Dicendum: vniuersale, & quodlibet ens rationis, cognoscitur semper per actum reflexum. Hæc est communis cum Doct. in præfati, & q. 3. soluendo 3. argumentum, & in 2. vt supra, & probatur: ad cognoscendum ens rationis necesse est prius cognoscere verbum entis realis, ac ipsum ens per illud repræsentiatum, vt diximus not. primo, sed hoc est cognoscere per actum reflexum. Igitur, &c.

Ad primū.

Ad primum distinguo antecedens: habet esse secundum esse cognitum, quod de nouo habet: concedo: secundum antiquum esse, quo fuit constitutum in ratione entis, & obiecti: nego antecedens: vniuersale enim, quando cognoscitur per actum reflexum, denominatur cognitum, & habet nouum esse in ratione cogniti: cæterum esse vniuersalis, quatenus vniuersale est, non nisi ab actu comparatiuo.

Ad secundum.

Ad secundum nego consequentiam: nam secunda intentio tantum confurgit proprie inter duo entia rationis cognita, & apta ex natura rei, vt vnū alteri comparari possit: quod non accidit in præfati: quia ens reale non comparatur enti rationis, vt aptum ab illo denominari, sed vt motuum, quo possit in se cognosci, quin, vt

vnū alteri conueniens, cognoscatur: nec est inconueniens intellectum simul habere plures actus: de quo in 1. dist. 1. late dixi.

QVÆST. III.

An vniuersale habeat aliquas proprietates?



VERITUR, vtrum vniuersale habeat aliquas proprietates? Quod non videtur: quia proprium eius non potest esse singulare: quia tunc non conuerteretur cum

ipso: igitur est vniuersale: igitur non est aliud ab eo, cuius propriū ponitur: quod est inconueniens: quia proprium non indicat essentiam eius, cuius est propriū, per Aristot. 1. Topicorum.

Cap. 4.

Item: si habeat aliquam passionem, illa inerit ei, omni, & soli, & semper: ergo erit proprium; quod est inconueniens: quia tunc illa passio continebitur sub proprio, quod est species vniuersalis, & erit conuertibilis cum ipso vniuersali: quod est inconueniens: ergo, &c.

Item: accidens non est subiectum accidentis, per Arist. 4. Metaphy. sed vniuersale est accidens: ergo, &c.

Tex. cō. 14

Item: omnis passio est minus ens suo subiecto: sed minus ens ente rationis est non ens.

Ad oppositum est Porphyrius, qui assignat aliquas conuenientias omnium quinque vniuersalium. Vnde manifestum est, quod conueniunt in aliqua proprietate: si igitur illa inest eis vniuersale, hoc erit per rationem communem, quæ est in eis, & illius communis erit primo passio: quia si passio vniuersalis sit, & eius subiectum primum est vniuersale, per Aristotel. secundo Posteriorum: igitur talis passio est ipsius vniuersalis primo.

Tex. 22. circiter.

Dicendum quod sic: quia diffinitio diffiniens sufficienter indicat essentiam cuiuslibet: igitur cuiuscūque inest aliquid conuertibiliter, præter ea, quæ ponuntur in eius diffinitione: illud habet tale sibi in-

H z hærens